Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31706
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

Si enim omne quod movetur et vivit ad vescendum factum est et preparatum gule,
respondeant mihi cur elephanti. cur leones. ursi. leopardi. lupi. vippere.
scorpii. cimices. pulicesque. cur vultur. aquila. corvus. accipiter. cur coe
ti. delphines. phoce. minuteque coclee. condite sint. Quis nostrum leonem.
quis vulturem. ~~quis vulturem.~~ quis viperam. quis cyconiam. quis miluum.
quis reptantes in litoribus umquam vermiculos comedit. Sicut igitur hec propos
usus habent, ita possumus dicere et ceteras bestias. pisces. aves. non ad
esum. sed ad medicinas creatas. Denique carnes vipere. unde tyriaca con
ficitur. quantis rebus apte sint norunt medici. Segmenta eboris in medelas
varias assumunt. Fel leene oculorum restituet claritatem. Stercus eius et ca
num putrida curat vulnera. Et quod forsitan legenti mirum sit, homi
num fimus quantis proficiat curationibus. gallienus in a tiaoic docet. Aiunt
phisisici. quod pellis colubri que exuitur decocta in oleo. mire dolorem
aurium mitiget. Quid ita inutile videtur nescientibus ut cymices. Si san
guisuga faucibus heserit, fumo eius excepto statim evomitur. et difficultas
urine huius appositione laxatur. Porcorum autem et anserum et gallinarum
fasianorumque adipes. quid comedi habeant. omnis medicorum declarant li
bri, quos si legeris. videbis tot curationes in vulture esse quot membra sunt.
Pavi fimus podagre fervorem mitigat. Grues. cycone. fel aquile. san
guis accipitris. strutio. camelus. rane. cameleontes. hyrundinis stercus
et carnes quibus morbis apte sint. dicerem, si mihi propositum esset de medela
corporum disputare. Legat qui vult aristotile. et theofrastum. psamar
cellum siditen. et nostrum flaccum ex ametis versibus differentes, plinium quoque
secundum et dioscoriden. et ceteros tam phisicos quam medicos. qui nullam herbam.
nullum lapidem. nullum animal. tam reptile quam volatile. et natatile.
non ad sue artis utilitatem referant. Igitur cum mihi dixeris cur porcus creatus
est, statim et respondebo puerorum more certantium. cur vipere. cur scor
pii. Hec dum superfluorum iudicabis artificem. quia plurime bestie et volu
cres sunt quas tue fauces recusent. Sed ne contentiosum hoc et pugnans
et videatur esse quam verum. audi idcirco sues et apros. et cervos. et reliquas
animantes creatas, ut milites. athlete. naute. rethores. metallorum
fossores. et ceteri duro operi mancipati haberent cibos. quibus fortitu
do corporum necessaria est. qui portant arma et cibaria. qui pug
nis et calcibus invicem sua membra debilitant. qui remos trahunt.
quorum latera ad clamandum dicendumque sint valida, qui subvertunt
montes. et sub udo ymbrium dormiunt. Ceterum nostra religio non pec

De medicinis animalibus supra. quere ... ad medicinas non ad esum